

homo enī indiget alieno scrutatio. **¶** Vens autē q̄ bonorū nostrorū nō indiget nō operatē ppter opera sed opera propter operatē acceptat et remunerat. **¶** ideo nō est simile ex pte illa et ex illa. **¶** Ad illud quod ultimo obr̄ q̄ opera multiplicata nō valēt ad premium accidetale q̄ nō assequuntur aureolā. **¶** vō q̄ accidetale p̄miū in plus est q̄ est aureola. **¶** noīe. n. aureole nō intelligim⁹ quodcūq̄ p̄miū accidetale sed illud q̄ h̄z q̄dam p̄rogatiuā et dignitatē sicut et opus cui rīdet. **¶** nihilomin⁹ in gaudiū de bonorū op̄erū multiplicatōe ad accidetale p̄miū spectat cū sine ip̄o possit haberi uita eterna. **¶** ad hoc q̄dem faciunt bona opa multiplicata. faciunt etiā ad eēntiale p̄miū aliquo mō sic p̄ri⁹ oīlū ē. **¶** Ex his patz rīssio ad illud q̄ ultimo querebatur.

¶ In pte illa sunt q̄ones circa lit. **¶** Et primo q̄ritur de hoc q̄ dicit Amb. q̄ affcūs tu⁹ op̄i tuo nomē imponit ergo si aliq̄s om̄itit adulter. ū intendēs facere simplicē fornicationē. uidetur q̄ illud peccatū debeat dici fornicatio nō adulteriū. **¶** Itē ex eodē affcū pōt q̄s moueri ad credendū i deū et ad amandū ip̄s. ergo si op̄i trahit nomē ab affectu uidetur q̄ credere et amare sint opus eiusdē sp̄s et eiusdē v̄tutis. et eodē noīe debeant notari. **¶** **¶** vō q̄ aliquid notari attingit dupl̄r. s. in generali et sp̄ali. **¶** noīa generalia in morib⁹ sūt malū et bonū. sp̄alia vō sunt noīa sp̄aliū dīrīaz ut sp̄aliū v̄tutū et uitioz. cū ergo dīr. affect⁹ op̄i nomē imponit. hoc intelligitur de noīe generali. ip̄e vō obijcit de noīe sp̄ali. **¶** Itē q̄ritur de hoc q̄ dicit. Iusticia merito punit eū q̄ dicit se subtraxisse supflua diuiti ut p̄beret paup̄i. **¶** uidetur. n. q̄ talē iniuste iusticia punit. **¶** habere. n. supflua uitū ē. ergo refecare supflua ē v̄tutis. sīl̄ dare paup̄i unō alatur v̄tutis ē. si ergo iniustū ē aliq̄e puniri p̄ ope v̄tutis iuste facit iusticia q̄ talē punit. **¶** Item idē deus qui precepit filiis israel q̄ furarētur uasa egyptiorū exo. xij. idē pcepit elam dari paup̄ibus. s. illi q̄ furati sunt uasa uolētes implere mādātū dei n̄ peccauerūt. ergo pari rōe ille q̄ furatur ut det paup̄i furando n̄ peccat. **¶** Itē in oī pccō est ouersio inordinata ad bonū et mutabile. s. ille q̄ furat ut det paup̄i nihil amat inordinate nec aliquid amat ex cupiditate. ergo uidetur q̄ n̄ peccet aliquo

mō. **¶** **¶** vō q̄ talis absq̄ dubio peccat. q̄ facit dīuinū mādātū. facit etiā dī. p̄ximū. q̄ tē eius tractat ip̄o invito. et ideo iuste punit non solū a deo uex etiā a p̄ximo. **¶** Ad illō uero quod obr̄ q̄ iuste facit dū refecat supflua. vō q̄ ad unūquēq̄ spectat refecare supflua p̄pria. supflua autē aliena refecare non spectat quando nō est constitutus super eū nec dīns nec iudex. ideo cū aliena supflua refecat quod non est suū usurpat. et ppter hoc punit de iusticia. **¶** Ad illud quod obr̄ de filiis israel vō q̄ non est simile. quia dīns dispensauit cū eis quando precepit eis q̄ furarētur imo q̄ plus est res alienas in dīnum eoz transulit. et hoc bene poterat. q̄ ip̄e est dīns omnīz. hoc autē dīni preceptū quo precepit facere elemosynā non se extendit ad bona aliena s. ad p̄pria. **¶** vñ nullo mō illi mādātō repugnat quo precipitur nō furari imo illud supponit et cum illo concordat s. q̄ dīr. puer. iij. Honora dīnm v̄ tua subā. **¶** Ad illud quod obr̄ q̄ nihil amat inordinate. vō q̄ inordinatio amoris dupl̄r pōt esse. aut q̄ amat res q̄ non dī. aut q̄ amat res amplius q̄ debeat. **¶** dū q̄s facit dīnū eius q̄ dē p̄cipit siue moueatur magna affectōe siue parua peccat. **¶** et ei⁹ affectio inordinata. nō ex magnitudine delectatōis s. ex atēptu diuine p̄hibitiōis. **¶** Itē q̄ritur de hoc q̄ dicit q̄ indei crucifigēdo xpm arbitrabatur se obsequiū p̄stare deo. **¶** hoc. n. uidetur eē falsum. q̄ sicut dīr. sap. ij. Ex malicia et inuidia xpm uiderunt morte turpissima. **¶** Et Math. xxvij. Sciebat enī q̄ per inuidiā tradidisset eum. si ergo sciebat se malefacere non arbitrabatur obsequiū se deo p̄stare. **¶** **¶** vō q̄ hoc non dicitur quantū ad omnes iudeos sed quantū ad simplices qui per maiores decepti sunt. maiores enim iudei sicut principes sacerdotū et scribe moti sunt ex inuidia et malicia quia bene cognoscebant eius sanctitates et innocentia quāuis lateret eo diuinitas. simplices uero et populares moti sunt ex ignorantia. audientes enim a maioribus q̄ blasphemasset putabant se occidendo xpm blasphemum interficere. et sic obsequium deo p̄stare tamen illa ignorantia non excusat. pro eo q̄ opera que xps se sit non solū magnis sed etiā paruis noticiā sanctitatis eius p̄stare poterat.

¶ **¶** Distinctio. xij.

Quam intentio ut s. d. c. e. **S**upra ostendit magis quod actus debent rectificari ex rectitudine intentionis et voluntatis. In hac parte intendit determinare quod actus ex defectu intentionis et voluntatis debent depravari. **D**ividit autem per ista in partes duas. In prima parat magister opera ad intentionem deficientem. In secunda vero parat malos actus siue mala opera ad voluntatem. **I**bi post hoc inuestigari oportet. **P**rima parat magister quod non definitur per quorundam opinionem. In secunda vero obicit illam definitionem adiungens illi quodam rationem. **I**bi dicitur autem obicit. **I**n tertia magister per aliorum opiniones subiungit aliam determinationem. **I**bi alij vero quod tripharia distinctione actuum faciunt. **U**bi inuit quod actus nostre diuiduntur per tres distinas. scilicet per bonam et malam et indifferentem inter utramque mediam. **S**imiliter per principalem diuidit in tres partes. **I**n prima quod magis utrumque oportet peccatum exteri sit voluntarius siue a voluntate. **I**n secunda vero quod sit peccatum interius sit a voluntate. **I**bi illa etiam intelligentia peragenda est. **I**n tertia vero concludit quod hoc non solum uerum est de peccato exteriori quod sit voluntarius sed etiam uerum est de peccato interiori quod quidem consistit circa uoluntatis motum. **I**bi si autem oportet peccatum mortale. **E**t sic duas quod per principalem determinat magister in parte ista. **Q**uare una est utrumque ois actus mala sit quod non procedit ex intentione recta. **S**ecunda est utrumque ois culpa sit uoluntaria.

Intelligentia ergo habet per ista incidit hic quod circa duas. **P**rimo quod de diuisione actus deliberatiue in bonam et in malam et indifferentem. **S**ecundo quod de operatione peccati ad uoluntatem. **C**irca primum quod tria. **P**rimo quod utrumque actus deliberatiua diuidatur per bonum et malum tamquam per distinas oppositas. **S**ecundo quod utrumque diuidatur per bonum et malum tamquam per distinas ecentiales intrinsecas. **T**ertio quod utrumque diuidatur per has distinas tamquam per distinas immediatas.

Quia primum sic proceditur et quod utrumque actus deliberatiua diuidatur in bonam et malam. **U**trumque diuidatur per distinas oppositas. **E**t quod sic uidetur. **P**rima trietas in moribus est inter bonum et malum. **U**n per hoc dicitur quod bonum et malum non sunt in genere sed sunt genera aliorum. **S**ed prima trietas maxime sunt opposita. ergo bonum et malum sunt actus directi habent oppositum et repugnantiam. **I**tem malum dicitur priuatio boni. sed priuatio et ha-

bitus directe sunt opposita. ergo etc. **I**tem quod habent oppositos effectus directe opponuntur. sed bona actio et mala oppositos habent effectus in anima quod bona actio ornat et mala deformat. bona ordinat et mala deordinat. ergo etc. **I**tem que habent oppositas retributiones directe habent oppositum. sed bona actio et mala habent oppositas retributiones. quod uni retribuitur eternum gaudium et alij eternum supplicium. ergo etc. **I**tem ois recta diuisio est per opposita. si ergo actio moralis recte diuiditur per bonam et malam. ergo membra huius diuisionis sunt per opposita. **S**ed 3. **O**pposita sunt nata in idem. sed impossibile est bonitatem et malitiam uel e contrario in eandem actionem succedere. ergo bonum et malum sunt actus non habent oppositum. **I**tem oportet quod deus facit est ualde bonum et oportet quod sit in dei prohibitionem est malum. sed eadem actio fit a deo et in dei prohibitionem. ergo eadem actio est bona et mala. sed opposita circa idem sunt impossibilia. ergo bonum et malum sunt actus non sunt opposita. **I**tem cum dominus precipit suo dare elam et dominus precipit ex charitate et suus facit cum marmure. eadem actio est meritoria domino et demeritoria suo. sed oportet meritorium est bonum et oportet demeritorium est malum. ergo eadem actio est bona et mala ergo bonum et malum sunt actus non sunt opposita. **I**tem aliquis incipit aliquis actus ex charitate et terminat eam ex uanitate. **Q**uod dicit greg. **S**epe quod charitas incipit culpa pagit. ergo una et eadem actio potest esse meritoria et demeritoria. et si hoc redit idem quod prius quod bonum et malum non sunt opposita in actione. **I**tem bonum et ens conuertitur sed ens est in plus quam actio. ergo et bonum. ergo et si inferius non diuiditur per suum superius. actio deliberatiua non potest diuidi per bonum et malum tamquam per distinas oppositas. **R**espondeo ad predictorum intelligentiam est notandum quod actio deliberatiua nata est habere duplicem bonitatem. et bonitatem nature inquantum est actio procedens ab aliqua uirtute. et bonitatem moris inquantum est procedens a libero arbitrio. siue a voluntate. **C**um ergo quod utrumque bonitas et malicia in actionem habent repugnantiam ita quod ipsam diuidant tamquam membra opposita. **U**trumque quod hoc non est uerum de bono putatur dicitur a bonitate ecentiali uel naturali. **S**ic. n. bonum non est differentia actionis imo conuertitur cum ente et reperitur in ois actus. **P**ro ut autem bonum dicitur a bonitate moris sic est diuisiua differentia actionis pro eo quod bonum moris in triplici differentia est.

Quoddā. n. ē bonū in genere. quoddā ex circū
stātia. quoddā vō bonū p̄cū siue p̄cipale siue
bonū s̄ se. ⁊ q̄l3 hāz dīāz h3 dīām mali sibi
ex opposito rīdētē. nā bono in ḡne opponit̄
malū in ḡne. ⁊ bono ex circūstātia opponitur
malū ex circūstātia. ⁊ bono simplr siue s̄m se
opponit̄ malū s̄ se siue demeritoriū. **N**ox aut̄
oīuz exēpla sunt manifesta. Sic ergo actio p̄
cedēs a uolūtate deliberatua diuidi h3 p̄ bonā
⁊ malā actōez nō solū tanq̄ p̄ dīās dispatas
s3 etiā directe oppositas. **U**n rōes q̄ hoc offē
dunt cōcedēde sunt. **A**d illud ergo qd̄ pri
mo ob̄ q̄ opposita sunt nata fieri circa idē.
vō q̄ si intelligatur de eodē numero nō h3 vī
tate nisi i subiecto qd̄ ē subā p̄prie loquendo
īpius aut̄ substantie put̄ cū sit una ⁊ eadē nume
ro q̄ sit susceptibilis dīōz. **C**irca actōez aut̄
cū sit accūs nō op3 illud h̄re vītate q̄ bonū ⁊
malū sit circa eandē actōez numero. s3 sufficit
q̄tū ad legē oppōnis q̄ hēant fieri circa eadē
actōez i spē. **A**liā ē etiā rō q̄ bonū ⁊ malū nō
p̄nt sibi succedere i eadē actōe s̄ eandē partē
actionis p̄pter hoc q̄ eē actionis dīstīl i suc
cessionē. **E**t hoc melius tā patebit. **A**d illū
qd̄ ob̄ q̄ oē quod de⁹ facit ē ualde bonū. vō
q̄ illud intell̄ quo ad bonū nature. illi aut̄ bo
nitati nō repugnat malicia moris imo eā pre
supponit. et iō eadē actio pōt a deo fieri ⁊ ni
lomin⁹ eē phibita. **E**x hoc tū nō seq̄tur q̄ nō
sit dīrtas iter bonitātē moris ⁊ maliciā. vñ
īpossibile ē q̄ eadē actio sit simul ⁊ semel in
phibitōe ⁊ i p̄cepto. **A**d illud qd̄ ob̄ q̄ ea
dē actio ē meritoria ⁊ demeritoria. vō q̄ bonū
⁊ malū meriti ⁊ demeriti dī actōez nō h̄nt q̄lī
tates absolutas s3 op̄tōes diuersas. vñ actio
bona nō ē aliud q̄ actio ordinata in finē. re
fertur aut̄ actio i finē per intētōez. **C**ū ergo
vna ⁊ eadē actio pōt eē a duplici intēdētē ⁊ du
plici intētōe ita q̄ ab uno sicut a p̄cipali mo
tore. ab altero vō sicut ab instr̄o. ⁊ una illarū
itentionū pōt eē recta ⁊ altera illarū obliq̄. **H**ic
ē q̄ una ⁊ eadē actio pōt eē bona ⁊ mala p̄ cō
patōez ad diuersa p̄cipia loquēdo de bonita
te ⁊ malicia meriti ⁊ demeriti. **E**x hoc tū non
seq̄tur q̄ bonū ⁊ malū nō sunt opposita vtra
actōez. nā etsi op̄tātūr se vtra eandē actōez
in op̄tōe ad diuersas itentōes nō tū op̄tātūf
se s̄ q̄ op̄rātūr ad eandē intentionē. **O**pposi
ta. n. respectiua s̄ hoc legē h̄nt oppōnis s̄ qd̄

Ad idē op̄antur. **U**n nota q̄ alit̄ dicitur bonū
de uolūtate aliter de actōe exteriori. nā circa
uolūtate dicit̄ qualitātē aliquā supadditā. **E**t
ideo īpossibile ē q̄ una ⁊ eadē uoluntas sit sit
⁊ semel bona ⁊ mala nec absolute nec in op̄a
ratōe ad diuersa. **C**irca actōez vō bonū dicit̄
op̄ationē ad debitū p̄cipiū ⁊ ad finē. vñ ali
que due actōes p̄ oīa dīsimiles tā in ḡne actio
nis q̄ in genere circūstātiarū moralū frēqn
ter differunt in hoc q̄ vna est meritoria. alte
ra uero nō. q̄ una sit ab h̄nte charitatē. altera
nō h̄nte. **E**t hec dicta sunt de bono ⁊ malo s̄
q̄ tantū ualet q̄tū meritoriū ⁊ demeritoriū.
quā s̄ hoc carerebat obiectio. **A**d illud qd̄
obiicitur q̄ actio ichoata ex charitate potest
terminari ex inanitate. vō q̄ uer⁹ ē. sed i3 illa
actio una sit in genere nature. nō est tū una i
genere moris p̄ eo q̄ etsi una sit uoluntas q̄
est p̄cipiū illius actōis. tū aliter ⁊ aliter est
disposita dispōne inq̄ que uariat in ḡne mo
ris sicut ē intentio recta ⁊ obliqua. **A**d illū
qd̄ obiicitur q̄ bonū est in plus tam p̄ t̄nsio.
obiicit. n. de bono nature. et hoc modo nō est
differentia diuina actionis deliberatiue.

Quando queritur utrum hec diuissio
fiat p̄ differentias eēntiales an p̄ acci
dentales. **E**t q̄ p̄ essentiales uidetur
Accētia sunt transmutabilia circa subiectū.
sed bonitas ⁊ malicia null omō transmutātūr
circa actōez. ut illa actio q̄ modo est bona ea
dem numero postmodū sit mala uel ecōuerso
ergo bonitas ⁊ malicia nō sunt differentie ac
cidentales actōis. ⁊ sūt accēntiales uel eēntiales.
ergo **re.** **I**tē q̄uis qdā accētia sint insepa
bilia s̄ rē tū oīa sunt sepabilia s̄ intellcū. sed
quedā actio ē ita mala q̄ nunq̄ pōt eē nec in
telligi bona utpote blasphemare ⁊ odire deū
ergo uidetur q̄ malicia nō accidat tali actōi.
Itē attingit aliquē habitū eēntialiter eē bo
nū utpote charitatē ⁊ grāz. ⁊ aliquē eēntialr
malū ut iniusticiā ⁊ lascīuā. ergo pari rōne cū
act⁹ sint ex habitib⁹ uidetur q̄ aliq̄ actus sint
eēntialiter boni ⁊ aliq̄ eēntialiter mali loq̄ndo
de bonitate ⁊ malicia moris. **I**tē generi re
spondent spēs. ergo cū sit bonū i ḡne ⁊ malū
i ḡne utriq̄ rīdebit bonū ⁊ malū spāle siue p̄
mod⁹ spēs se h̄nt. s3 gen⁹ est eēntiale speciei.
⁊ species etiā addit super gen⁹ dīāz eēntiale
ergo necesse est aliquā actionem ponere que

sit eēntialī r bona in genere r bona ex circumstantia, pari rōe r de actione mala uidetur q̄ diuīsiō p̄dicta fiat per differentias eēntiales r intrinsecas. **Sed 3. Aug. in prima r̄siōe** p̄tra pelagianos. **Peccatū nō ē natura** aliqua sed actus incidens ex defectu boni. sed omne quod inest alicui incidēter inest ei accītaliter. **Si ergo omnis malicia ē incidens.** nulla malicio est eēntialis alicui actioni. ergo omnis est accītalis. **Item dīe eēntiales** sunt cōstitutīue eorū quorū sunt differentie. r differentie cōstitutīue ex eīsdē principijs manant ex q̄l' manāt ip̄a cōstitutā. sed malicia non habet cām effectīuā sed defectīuā. actio uero cām effectīuā habet. **Item actio est a deo.** malicia n̄. ergo impossibile est q̄ malicia sit alicuius actionis differentia eēntialis. **Itē differentie eēntiales** non alternantur ī indiuidui eīsdē sp̄ei. s̄ actiones que sunt eīsdē sp̄ei differunt per bonitātē r maliciā. quia una est bona r altera mala. ergo bonū r malū non sunt differentie eēntiales actionis. **Item differentia eēntial** aliquid addit supra illud quod diuīdit. s̄ malū non addit aliqd supra actionē sed potius priuat. ergo malū non est dīa eēntialis actionis. **Ad p̄dictorū intelligentiā est notādū** q̄ idem est querere utrū hec diuīsiō actionum alia bona alia mala sit per dīas eēntiales q̄ querere utrū bonitas r malicia sint p̄prietates uel cōditiones eēntiales actioni uoluntarie. **Et s̄ illud aliquo modo uidetur posse cēdi** ei qui sustinet illā opīnionē q̄ nō omnis actio a deo est. tñ fm illaz opīnionē que cōmuniter sustinetur q̄ omnis actio a deo est r īd q̄ ē naturalī bona est. cēdi non debet nec potest rōnabiliter sustineri q̄ malicia eēntialis sit actioni cum potius dicat defectū circumstantie alicuius que accidebat actioni. **Si enī non accideret non posset priuari actione manente.** **Attendendū est tñ q̄ maliciā** cōtingit tripliciter op̄are ad actionē. aut fm q̄ ē actio. aut fm q̄ hec actio. aut fm q̄ est talis actio. **Si op̄aretur malicia ad actōem fm q̄ actio sic tenet rōnem** accidentalis separabilis r cōmune. **Rōnem** accidētis separabilis tenet in hoc q̄ actio que cōsueuit fieri cum culpa potest causa aliqua interueniente fieri absq̄ culpa. **Rōnem** uero accidētis cōmune tenet q̄ circa actionē eīsdem sp̄ei cōtingit maliciā in aliquibus inue-

niri. in aliquibus uero non sicut aliquis p̄dicādo fidem xpi ex uana gloria peccat. alius vō meretur. **Item autem malicia respectu actionis** cōsiderate in genere habeat aliquo modo cōformitātē ad accidens separabile r cōmune. nō tñ proprie est accidens tale quia non dicit ens s̄ defectū entis. **Si autem op̄aretur malicia ad actionē fm q̄ est hec actio sic tenet rōnem** accidētis inseparabilis r proprii. **Rōnem** tenet accidētis inseparabilis in hoc q̄ illa actio eadē numero que est mala non potest esse ulterius bona. p̄pter quod eadē numero sumi nō pōt. **Rōnem** uero accidētis proprii tenet aliquādo. s̄ non semper in hoc q̄ illa malicia ortus habet ex proprietatibus agentis r patientis ex quarum op̄atione necessario surgit inordinatio. sicut patet cum filius cognoscit m̄res uel cum homo blasphemāt deum. **Vnde sicut inseparabilī adheret propria passio subiecto sic inseparabilī adheret malicia huic actioni.** non est autem malicia p̄pria passio huius actionis. cum quia non dicitur de ea ouertibiliter. cum quia non dicit positionē sed priuationē. **Si uero op̄aretur malicia ad actionē fm q̄ talis actio est sic pōt habere rōnem** differentie eēntialis. sicut enī albedo est eēntialis homini albo fm q̄ est albus q̄uis non sit eēntialis s̄ q̄ homo. sic malicia est eēntialis actioni male fm q̄ mala. q̄uis autē aliquo modo dicatur eēntialis. non tñ dicitur eēntialis quia dicat ueram eēntiā sed quantū ad modū se habendī. **Et qm̄ quedā sunt nota que iponūt actōib⁹** nō s̄ q̄ sunt actōes tñ s̄ q̄ sūt deformes. hic ē q̄ talia mox notata cōiūcta sunt malo. **et sicut castitas ponitur in genere boni eēntialī.** sic adulteriū r mōdaciū ponitur ī genere mali eēntialī. **in hoc. n. nō significatur q̄ defectus sit eēntialis actōis** s̄ q̄ defectus eēntialis ē actōis q̄ defectīua. q̄ aut dēm ē d malicia moris hoc ip̄z itelligēdū ē r de bonitate. **Itis uis plana ē r̄siō ad q̄. r etiā ad obiecta.** **cedo. n. q̄ hec diuīsiō actōis nō ē p̄ dīas eēntiales r intrinsecas** **Et rōes q̄ hoc cōndūt cōcedēde sūt.** **Ad illō** q̄ obī q̄ accūs pōt trāsmutari ī subiectū. **q̄ illud nō h̄z vītātē ī oī accīte nec respectu cuiuscūq̄ subiecti s̄ resp̄cū subiecti p̄manētis r fixi.** qm̄. n. accūs op̄atur ad aliqd̄ successīuū hoc ip̄o q̄ adheret ei īsepabilī adheret. q̄ illud statī trāsit ī p̄teritū r efficitur ītrāsmutabile. r

amplius idem numero resumere non potest. actus. n. numeratur subiecto et tempore et specie siue termino. Et ideo sicut est alius actus et est aliud principium et alius terminus. sic est alius actus cuius est mensura aliud et aliud tempore iteratione et renouatione facta in ipso actu. et ideo quousque motui accidat uelox et tardus. tamen motus qui est uelox per se est per se finem quam est uelox nunquam potest esse tardus. sic et in proposito est intelligendum. Ad illud quod obicitur quod accidentia sunt separabilia saltem intellectu et quod nunquam malicia sic adheret alicui actioni quin essentia illius actionis possit preter malicias considerari. Cum enim dico actionem malam et dico actionem et dico defectum et utrumque per se diuisum possum considerare. Similiter cum dico actionem huiusmodi modi et actionem habere duo dico. quia et monstrum ipsam substantiam et etiam accidentia sub quibus substantia ipsa oculis carnis uel mentis habet esse conspicua et unum potest propter alterum considerari et intelligi. malicia autem non adheret inseparabiliter actioni huiusmodi substantie uel illius ratione substantie substantie sed potius ratione proprietatis uel qualitatis superaddite. et sicut substantia illa poterat intelligi sine illa proprietate. sic et actio sine malicia. Ad illud quod obicitur quod aliquis habitus est essentialiter bonus et essentialiter malus. et quod etsi accedat possit aliquem habitum essentialiter esse bonum. non tamen accedat operis aliquem habitum essentialiter esse malum per quod est habitus. nam habitus per quod habitus dicitur ens et bonum. Quod ergo ipse obicitur de auaricia et lasciuia non ualet. quia huiusmodi non sunt nomina habituum a se per se sunt habitus sed per se sunt deformes et defectui. sed autem malicia non sit essentialis habitui per quod est habitus. potest tamen ei esse essentialis per quod defectiuus. ita etiam contingit reperire circa actum. Ad illud quod obicitur quod bono in genere respondet bonum in specie. et malo in genere similiter. et quod malum in genere sine bono non dicitur proprie quod sit genus sed propter quandam conformitatem quam habet cum genere in hoc quod dicitur quandam potentiam indifferentem ad hoc quod fiat meritorie uel demeritorie. et dum per circumstantias superadditas determinatur quodammodo specificatur. non tamen malum finem quod malum habet proprias species. pro eo quod priuationes non sunt in genere nisi per quandam reductionem unde specificatio et distinctio malorum aut attenditur ratione boni quod priuatur per malum. aut ratione boni ad quod quis conuertitur in actu peccati.

Et huius signum est quod peccata non distinguuntur penes auersionem sed penes reuersionem. Tertio queritur utrum diuisio actionis per bonam et malam sit per differentiam immediatam an sit ponere per differentiam tertiam. scilicet actionem indifferentem. Et quod sit per differentias immediatas uidetur. I. cor. x. Omnia in gloriam dei facite. Et ad col. iij. Omnia quaecumque facitis siue in verbo siue in opere omnia in nomine domini nostri iesu christi facite. aut ergo actio nostra est in gloria dei. aut non. si sic. ergo bona. si non. ergo omittitur illud quod mandat apostolus. sed omittere facere quod precipitur semper est peccatum. ergo omnis actio uel est meritoria uel cum peccato. ergo nulla est indifferens. Si tu dicas quod est consilium. hoc non uidetur. quia consilium nec datur omnibus nec absolute sed sub additione. neque peccat quis nolendo consilium facere. bonorum tria opposita reperiuntur in proposito. ergo non tenet ratio consilij. Item Mat. xij. De omni uerbo otioso quod locuti fuerunt homines reddent rationem in die iudicij. sed otiosum est ut dicit greg. quod caret ratione iuste necessitatis et intentione pie utilitatis. sed omne uerbum autem habet iustam necessitatem et piam utilitatem. aut caret illa. ergo omne uerbum autem est bonum aut otiosum. pari ratione et omne factum. sed de omni otioso reddemus rationem. et non reddemus rationem nisi de malis. ergo omne uerbum uel factum nostrum uel est bonum uel malum. Item Ber. In uia dei stare retrocedere est. sed qui facit actionem non meritoriam non procedit in uia dei in actione illa. ergo per illam actionem retrocedit. et non retrocedit nisi per malam. ergo omnis actio uel est bona uel est mala et nulla indifferens. Item uoluntates pertinent per actiones ad retributiones sed nihil est medium quin omnis uoluntas autem est bona autem est mala. nihil est medium inter retributiones quin etiam omnes saluentur et damnentur. ergo uidetur quod nihil est medium inter bonitatem et malitiam extra actiones nostras. Item deus est alpha et omega principium et finis. sed quod non est a deo sicut a principio priuatum est ratione boni. ergo similiter quod non est ad deum sicut ad finem priuatur ratione boni priuatio autem boni nihil aliud est quam malicia. ergo quod non est ad deum sicut ad finem est malum. et quod est ad deum sicut ad finem est bonum.

hoc stat, sed omnis actio nostra uel ē ad deū
sicut ad finē uel non est ad deum, ergo omnis
actio nostra uel est bona uel ē mala. **¶** Item
cū uoluntas nostra ex deliberatiōe facit aliqd
aut quiescit in creatura, aut refert ad creatorē
Si refert ad creatorē bñ facit, si quiescit i cre
atura male facit ⁊ deordinatur, qz fruītur eo
quo est utendū, ergo uidetur q uoluntas in oī
actione sua uel mereatur uel demereatur.

S3. **Ro. vij. Uelle adiacet mihi ⁊. Glo.**

Est uelle gratie ⁊ uelle uitij ⁊ uelle nature, s3
actio uidet uoluntati, ergo inter actōem meri
toriā ⁊ uitiosā cadit aliqua actio media, nō er
go omnis actio uoluntatis nre ē mala s3 qdaz
indifferens. **¶** Itē leuare festucā de terra nec
est bonū in genere nec ē malū, nec etiā bonus
ex circumstantia nec malū, similr quātū ē de se
nec meritorij nec demeritorij. **S**i ergo bonum
moris diuiditur sufficienter p has tres diuifi
ones ⁊ nihil ē in genere qd nō sit i specie, ui
detur q talis actio nō sit bona uel mala s3 in
differens. **¶** Itē aliqs comedit ut satifaciat
appetitui naturali, talis actio nō ē bona boni
tate meriti, hoc stat, qz nō sit ppter deū nec
ad ipm refertur, nec ē mala malicia culpe, qā
peccatū nō concordat nature sed discordat, talis
aut actio nature ē consona, ergo uidetur q aliq
actio nostra mediuz teneat inter bonitātē et
maliciā. **¶** Itē si ois actio nra esset meritoria
uel demeritoria tam in eo qui caret charitate
nulla sit meritoria, ois eius actio eēt mala, er
go peccaret in hoc q uadit ad ecclīaz, ergo ⁊
in hoc q facit oia alia opa, ergo nunq se dis
poneret ad grām, imo disponendo se magis
elongaret. **¶** Itē nulla ē actio bona ⁊ merito
ria nisi q sit bona intentōe ⁊ mediante illa re
fertur ad debitū finē, ergo si ois actio nra eēt
bona uel mala meritoria ul demeritoria, i oī
actōe ⁊ cogitatōe nra quā i deū nō referimus
peccarem, ergo uix eēt aliqs qui nō peccaret
milles in die cū innumerabiles habeam cogita
tōes ⁊ affectōes in quibus nihil cogitamus de
deo, de illis maxime loquor q magis itendūt
actōi qz cōtemplatōi. **¶** Itē sicut charitas ē prin
cipius oīum bonoz sic libido ⁊ cupia sūt pri
cipiū ⁊ cā oīum maloz, s3 multas actōes faci
unt hoies tota die quas nō faciūt nec ex libidi
ne nec ex charitate, imo uel ex amore natura
li uel sociali uel ex quadā urbanitate ciuili uel

consuetudine opandi, nō ergo uidetur q omnis
actio uoluntaria sit imediate bona uel mala.

R2. **ad q. cū qritur utrū actio diuidatur p**
malū ⁊ bonū tanqz p dīas imediatas. ē qstio
de actione uoluntatis deliberatiue fm qz deli
beratiua ē, illa enī est q diuiditur per bonam ⁊
malā, et qm de actione uolūtatis deliberatiue
duplī est loqui, s. qstū ad genus actōis, ⁊ i cō
paratione ad operantē, duplī pūt iste vīe ad
actionē parari, aut fm genus opis, aut respe
ctu operantis. **S**i primo mō sic planū est q di
uisio nō ē per imediata imo inter actionē bo
naz ⁊ malā actionē indifferentē 3tingit repire
mediā, et hoc manifestū ē, qz cū triplex ē dif
ferentia boni moris qz ē bonū fm se siue prin
cipale, et bonū ex circumstantia, ⁊ bonū in gñe,
et eōuerso cū triplex malū sit, s. malū in ge
nere, ⁊ malū ex circumstantia, ⁊ malū f se. Inter
hec oia 3tingit repire mediū, nā inter bonū ⁊
malū f se quasi media sunt illa q nō sūt bona
f se nec sunt mala fm se sicut sunt bona uel
mala in genere uel ex circumstantia. Inter bonū
ex circumstantia ⁊ malū ex circumstantia media
sunt tā indifferentia qz bona ⁊ mala in genere
Omnia enim illa indifferentē possunt fieri bo
na uel mala ex circumstantia. Inter bonū autē
i genere ⁊ malū i genere cadit mediū indiffe
rens simplr sicut uelle comedere uel uelle leua
re festucam de terra que nō dicunt bonitatem
moris uel maliciā, Et sic patet q diuisio acti
onis per bonam ⁊ malam quantum ad genus
operis non est per differentias imediatas imo
est reperire differentia tertiaz, et in hoc 3mu
niter concordant omnes. **¶** Si autē loquamur
de bonitate ⁊ malicia actionis in cōparatione
ad operantem sic sunt diuerse opiniones, naz
quidaz dicunt q est diuisio imediata, nihil, n.
facit homo ex deliberatione quod deus non
reputet ei ad premium uel non reputet ei ad
aliquod demeritum, vnde in die iudicij ut di
cunt de omni actu deliberatiuo rōnem redde
mus, Et huic positioni uidentur consonare ver
ba sanctorum qui dicunt q sicut non peribit
capillus de capite nec momentū de opere de
quo rationem non reddamus sicut dicit Ber.
Et hoc idem uidetur dicere Anselmus q exi
getur a nobis omne tempus impensuz qualr
fuerit expensū, Et ipa vitas videt huic 3sonare
cū dicit q de oī vbo ociofo rōnem reddemus

Sed ille modus dicendi aut multū ampliāt uia salutis, aut multum coartat. nam ad hoc q. sit opus meritorii aut dicent requiri actualē relationē illius operis ad deū in particulari. aut dicent sufficere relatōz in habitu et in uniuersali. Si dicunt q. requiritur relatio in particulari nimio est arcta uia salutis. qz tunc in oī opere qd homo nō refert actuali in deum demeretur et peccat quod ualde est seuerū dicere. Si sufficeret intentio habitualis et in uniuersali tunc qn aliquis pposuisset in corde suo seruire deo in principio anni uel mensis uel septimane uel diei omnia opera que postea faceret etiā nihil de deo recogitās eēt sibi meritoria. s; si hoc dicatur ualde ampliatur et largatur uia salutis. et in hoc auctoritatib; sanctorū obuiatur q. dicunt eā esse ualde artā. Et ideo est ali' modus dicendi quodāmo magis temperatus q. sit iste. s. q. quedā sunt actiones uoluntatis deliberatiue que respiciunt ipam directe. quedā uero sunt que respiciunt ipam fm q. regit potentias naturales. Prima operatio est locutio que quidē ē rōnalis fm q. rōne utitur. Secūda uero est comestio uel ambulatio et consimiles. Dicunt ergo q. illas operationes q. respiciunt uoluntatē rōnalē fm q. rōnalis est nō contingit reperire mediū inter bonitatē et maliciā. Extra alias uero attingit. Unde bene cōcedūt q. non omnis actio deliberatiua uel bona est uel mala. locutio aut omnis uel bona est uel mala aut enim est utilis aut ociosa. si ociosa tunc ē mala. et ppter ea dñs dixit de omni vbo redde rōnez nō de omni facto. Et btūs **Jacob** in cano. sua dicit q. qui in vbo nō offendit hic perfectus est uir. et ppter ea dicit quidā q. vbu prius debet uenire ad limā q. ad linguā. Sed tñ adhuc iste modus dicendi nō uidetur plene satisficere. nam uelle cogitare de ueritate est actus uoluntatis fm q. mouetur rōnali. et tñ frequenter homo cogitat de ueritate ita q. n. refert ad deū. et tñ durū est dicere q. peccet. potest ulterius aliquis loqui alij ex naturali pietate ul' ex ciuili urbanitate sicut qn salutat hoīem in uia. et tunc ualde durū est dicere q. peccet. nec potest dici q. omnis tal' locutio sit meritoria. Item si plus est facere q. dicere potius reddemus rōnem de facto ocioso q. vbo. vñ sancti cōcludunt hoc a minori ex vbo euangelij. Et ideo est tertius modus dicendi

q. in operibus uoluntatis deliberatiue ē pone re mediū inter maliciā et bonitatē. nā quedā actio a uoluntate deliberatiua pcedens est ordinata in finē debitū. s. ad deū. et hec quidē ē bona. et si sit ex charitate est meritoria uite eterne merito dīgni. si autē fiat extra charitatē meritoria est merito congrui. Quedam vō actio ex uoluntate deliberatiua pcedens ē nō ordinata. et hec ē diuisio per immediatā. sed nō omnis actio nō ordinata ad deū tāq. ad finē est mala. q. quedā nō ordinatur ppter inordinatā uersionē ad creaturā. quedā vō nō ordinatur ppter operantis negligentia. quedā uero nō ordinatur ppter opantis infirmitatē et miseriā. Prima dīta actionis nō ordinate est mala sed est indifferens. talis autem actio est quando aliquis facit aliquā operatiōē ita q. creaturā nō afficitur iordinate. nec tñ illa operatiōē parat ad deū sed facit ppter aliquē finē qui respicit indigētiā nature ut cū aliquis ambulat ut recreetur. uel comedit ut reficiatur. Talis actio indifferens iudicatur. quia de' nec illā remunerat nec imputat in culpā. et hoc qz in tali actione nō ē malicia omissionis quia nō est inordinata delectatio. nec etiā omissionis non enim semp omittit homo qn actiōes suas nō refert in deū. indulgetur enī nature fragili et infirme ut multa possit talia facere. nec deus requirit ab hoīe in tali statu distractiōis et miseriā q. omnia dum facit referat ad se. requirit tñ aliquā quando est locus et tempus. et tūc si homo non reterat omittendo peccat. Cōcedendū est ergo sicut rōnes ostendunt q. diuisio actionis per bonā et malā nō est per dīas immediatas p eo q. inter has dīas attingit repire mediū siue actio cōsideretur fm genus operis siue respectu operantis. Ad illud ergo q. primo obf. de illo uerbo apli. Omnia i gloriā dei facite. rōndēt aliq. q. est cōsiliū. aliq. q. pceptū. aliq. q. est finis pcepti sicut illud. Diliges oīm deū tuū etc. Omnis autē pdictis modis predictus sermo potest intelligi. potest. n. accipi affirmatiue uel negatiue. et affirmatiue dupli. qz hoc signū omnia pōt ibi teneri collatiue uel distributiue. Si accipiat negatiue sic est pceptū. et tūc est sensus. Ita faciatis opera uestra ut nihil faciatis extra gloriā dei

Si autem intelligatur affirmative et hoc signum
omnis teneatur distributive et diuisim tunc est
consilium et amonitio. amonet. n. apo. hunc sen
sum q. quodlibet opus nrm in deū referam. et de
quolibet diuisim possum facere. et utile ē nobis
et expediens si faciam. nullū. n. opus ē delibera
tiuū qd a nobis fiat qd quidē non possum facere
propter deū. et hoc facerem melius facere
mus qm non referimus. Si autē pda. fmo
teneatur affirmative et hoc signū oia teneatur
collectiue tūc nec est pceptū nec consilium s. finis
pcepti et consilij. ad hoc. n. debem redere et hoc
desiderare q. ad talē statū pueniam. q. omēs
cogitatōes nras et affectus in deū referam. hoc
autē tunc obtinebim qm deū ex toto corde dilu
gemus. Et sic p. q. ex illa auctoritate nō cō
cluditur q. aliq. peccet cū nō refert opus suū i
deū actuali. Nec ualet illud quod ob. q. non
pōt ēē consilium. nō. n. hic accipimus consilium pprie
put pponitur iure pfectis. s. uocam. hic consilium
quācumq. monitōez generalē que uia expedit
ad pueniendū in salutē sicut sunt amonitiōes
salomonis in li. puer. et consimiles hortationes
ad bonū. Ad illud qd ob. q. reddem. rōez
de vbo otioso. ob. q. otiosū nō dī vbu qz nō
sit ordinatū in finē solū s. qz oī caret utilitate
dū tñ aliq. deberet habere. et inter tale otiosū
et meritoriū siue bonū cadit mediū qm aliquis
facit aliqd qd nō ē oīmōda utilitate priuatū.
nec tñ ē ordinatū in deū tanq. in finē ultimū.
vñ nō dī hō ēē otiosus semp qm non laborat
s. tunc dī ēē otiosus qm nō laborat et deberet
laborare. frequēter tñ illa vba q. uidēt esse
inutilia utilia iunt dū ordinantur ad recreati
onē aliq. spūs et exclusionē accidiē q. refert
brūs. Ber. dixisse cū quēdā fecit cespitare. otio
sus inq. fuit scm s. nō otiose factū. fecerat
.n. hoc ad letificandū illū quē uiderat mestuz
Ad illud qd ob. q. stare in uia dei retroce
dere ē. ob. q. ue. est qm hō stat cū deberet am
bulare. et quantū ad illud tps dicit. Ber. q. nō
peribit momentū de tpe. Et Ansel. q. exiget
a nobis rō qualr tps fuerit expensuz. Si autē
qratur qm hoc est difficile imo impossibile ē de
terminare. qz diuersis psonis diuersimode se
offert oportunitas exeūdi in bonas opatōes
et in bonas affectōes et intentōes. et ideo sancti
ut reddant nos sollicitos terrēt nos. et dñs ipe
cū uicir. Qd uni dico oībus dico. uigilate.

Ad illud qd ob. q. nō ē mediū inter uolunta
tes et retributōes. ob. q. nō est simile. p. eo q.
oīs hō qui nascitur nascitur cū peccō a quo nō
liberatur nisi p. grā. et illa grā amittitur p. cul
pā. vñ necesse ē uolūtate ēē grātā uel odiosā
Et qz retributōes rīdēt psonis. hinc ē q. oēs
aut saluantur aut dānantur ita q. non est me
diū. nō sic autē est de actōe. qz a uoluntate in q.
est libido pōt aliq. actio exire etiā pter libidinē
moz. vñ sicut illud argumētū nō ualet. uolū
tas nō pōt ēē sine libidine uel grā. ergo nō pōt
mouere sine libidine uel grā. sic nec argumētū
prius dictū. Ad illud qd ob. q. oē quod nō
est a deo priuatū ē bono. ergo sifr oē quod nō
est ad deū. ob. q. nō ē simile. qz ordinatio acti
onis ad deū tanq. ad cām efficientē uel ad pri
cipiū attenditur nō solū quātū ad ēē moris s.
etiā quantū ad ēē nature. et ita respicit ēē. ordi
natio vō quātū ad finē respicit bonū ēē. qm
tñ non sit mediū inter ens et nō ens. ē tñ me
diū inter bñ ēē et male ēē moris. p. eo q. boni
tas moralis nō se extēdit ad oēs actōes sicut
bonitas naturalis. Ad illud qd ob. q. si uo
luntas aliqd facit aut quiescit in creatura. aut
refert ad deū. ob. q. qescere dī aliquid alicubi
dupl. aut qz sifit ibi tanq. in ultimo fine. et
tunc actio est mala malicia mortalis peccati.
qm. s. uoluntas ponit creaturā sibi p. fine vi
timo principali. Aut qz sic ibi sifit non qz ibi
ponit finē ultimū s. qz nō ulterius tendit. et hoc
pōt ēē tripl. sicut dictū est supra. Aut ex aliq.
iordinata affectōe qua illi rei alligatur. Aut ex
negligētia et torpore quo negligit re.erre cuz
posset et deberet. Aut qz ex quadā imbecilli
tate et infirmitate aggrauatur ut difficile sit sibi
oēs actiones suas in deū uertere. Et primis
duobus modis est peccm. tertio vō nō. No
randū est tñ q. ad hoc q. aliqua actio sit meri
toria nō opz q. semp quis eaz referat actuali
in deū s. sufficit relatio habitualis. Habitualē
aut relationē uoco nō qz habeat charitatē per
quā sit habilis ad referēdū. s. qz in primordio
opatōis illius uel alterius ad quā illa cōter se
bz intentōez bz ad deū directaz. vñ si aliquis
intendit dare p. deo cētū marcas et icipit dare
et cogitat de deo in prima marca et in alijs nō
cogitat. nihilomin. tñ oēs datōes illē sunt ei
meritorie et fructuose. Si autē opus alterius
gnis inciperet operet q. intentio renouaretur

ad hoc q. hoc opus esset meritorium. **P**er hunc etiam modum intelligitur esse in iuris religiosis q. i principio ex charitate deuouerunt portare religionis pondus. **Q**uicquid. n. faciunt quod ad sue religionis obseruatiā spectat ex prima intentione est eis meritorium ad salutē. nisi forte qd al sit ōria intentio superueniat. in aliis aut que ad religionē non spectant secus est. quia illa intentio non se extendit ad alia habitualia. et ideo nō ē parue securitatis et utilitatis religionē introire. **F**uerunt tñ qui dixerunt q. habitualis intentio solū sufficit ad meritum satisfactionis. **o**pus. n. satisfactoriu est si fiat in charitate. ad hoc aut q. opus sit meritorium uite eterne dicunt necesse ē occurrere actualē intentionē. quia nullū opus est meritorium nisi fiat a charitate actuali mouente. **p**robabilis est tñ dicere sicut dictū est q. ad utrumq. sufficiat habitualis. **R**elationē aut habitualē uoco non qua quis refert in generali ad deū omnia opa dei uel ani. sed qua quis refert aliq. uod opus ad deū. ita q. opus sequens directāz habet ad opus primū ordinatōez et cōstāz sicut ē in illo qui dat centū marcos. uel intendit ire ad senū **Jacobū.** In aliis aut nō hz locū. **H**abitudinales etiā intentionē siue relationē uoco. cñ non precogitato in actu ut tñc siue ultimo siue deo ex sola boni opis cōsideratōe ipa charitas pmp̄ta uel aliqua alia v̄tus charitate iformata ad ipz bonū opus inclināt sicut uir obediēs meretur obediendo prelato sibi p̄cipienti etiā si nihil d deo cogitat sz solū cōsiderz q. bonū ē obedire

Quonsequenter queritur circa secundū principale. s. de cōparatione actionis mael ad uoluntatē. **E**t circa hoc q. runtur tria. **P**rimo queritur utrū oē pccm̄ actuale tā mortale qz ueniale sit uoluntariū. **S**ecūdo queritur utrū oē peccatū mortale sit circa uoluntatē sicut circa subiectū. **T**ertio q̄ritur utrū puniri sicut etiā peccare sit ipi uoluntatis propriū.

Quia primū sic pceditur et queritur utrū omne peccatū actuale sit uoluntariū. **E**t cū certū sit de mortali q. sic queritur de ueniali. **E**t q. omne peccatū ueniale sit uoluntariū uidetur. **S**icut dicit **aug.** et habetur in **lit.** **U**sq. adeo peccatū uoluntariū ut nullo modo sit pccm̄ nisi sit uoluntariū. ergo si peccatū ueniale est peccatū. ergo necesse est

ipm̄ esse uoluntariū. **S**i tu dicas q. oē peccatū est uoluntariū aut uoluntate p̄pria aut uoluntate ade. et ueniale est pccm̄ qz uoluntariū uoluntate ade. **O**bf̄ d. hoc qz si ad rōez peccati uenialis sufficiat q. sit uoluntarium uoluntate ade cū illud peccatū quod adam transiit in nobis sit pccm̄ originale. ueniale peccatū esset originale. q. si hoc est falsū restat q. et primū **I**te mot⁹ iordinati et ad illicita q. dicitur eē in nobis peccatū nō sunt peccatū nec in p̄uulis nec in furiosis. hoc aut nō ē nisi qz nō mouent usu rōnis et uolūtatis. ergo uidetur q. h. mot⁹ pccā sint in nobis uoluntaria uoluntate p̄pria. **I**te qñ stomach⁹ exinanit⁹ ante horā comedis appetit comedere nulla ē ibi culpa q̄uis sit ille appetit⁹ imoderat⁹ et ad illud qd nō licet tali tpe. hoc aut non ē nisi qz mot⁹ ille inest de necessitate. ergo uidetur q. ad hoc q. aliquis mot⁹ ad illicitū sit ueniale pccm̄ necesse ē ipm̄ eē pccm̄. **I**te oē qd quis facit aut facit naturalr. aut facit uolūtate aut uolētē. si ergo ueniale cōmittim⁹. aut ergo p uolētā. aut per naturā. aut per uolūtate. **S**i per uolētā. ergo nulla ē ibi culpa. si per naturā sū. qz in his q. naturalr fiunt nō est culpa. ergo si pccm̄ ueniale culpa est. necesse est q. sit a uoluntate. **I**te demonstrato aliquo ueniali aut potest aliquid uitare hoc peccatū. aut non pōt. si nō pōt et nullus peccat in eo quod uitare nō pōt. ergo cōmittendo hoc peccatū nō peccat. si pōt uitare. et quod cōmittim⁹ potentes uitare cōmittimus uoluntarie. ergo **sc̄. d. p̄uer. xxiij.** **S**epties in die. **glo.** Singulis diebus p̄ necessitate uel fragilitatē carnis. uel uolētes uel inuiti peccam⁹. uel uelim⁹ uel nolim⁹. uidetur q. nō oē peccatū ueniale uoluntariū sit. **I**te **aug.** in **li. retractationū.** **S**unt in q̄dam necessitate facta imprebanda ut q. uult recte facere et nō pōt. unde est illud apostoli. **Q**uod uolo hoc facio bonū sed qd odi malū. sed talia sunt peccata uenialia. ergo aliqua uenialia sūt de necessitate. nō ergo a uoluntate. **I**tem **aug. xix. de ci. rei.** **N**onnullū uitū est cum caro cōcupiscit aduersus sp̄m̄. sed caro cōcupiscit aduersus sp̄m̄ frequenter ipso nolente sicut in littera. ergo uelit nolit homo peccat uenialiter. non ergo omne peccatū ueniale est uoluntariū. **M**inor p̄batur in littera. **I**lle q. cōcupiscit aduersus sp̄m̄ carne non ea que uult facit.

occupat quidē nolēs et in eo facit qđ nō uult.
Item peccā ueniale iūnt in nobis ex repugnātia
sensualitatis ad rōes et etiā ex surreptōe sicut
sunt primi moti. s; uelim⁹ nolimus ē in nobis
repugnātia sensualitatis et multi etiā motus
inordinati ex surreptōe surgunt. si ergo volū
tas nō pōt sensualitatē domare. et qđ ē ex sur
reptione puenit volūtātē. videtur qđ peccata
uenialia qđ sunt primi motus non sunt volunta
ria. **I**tem aut aliqđ peccm ueniale est inuolūta
riū. aut nō. si sic habeo ppositū. si nō. ergo oē
peccm ueniale est uoluntariū. s; oē uoluntariū
per uoluntatē uitari pōt. ergo per uoluntatez
pōt qđ uitare oē ueniale peccm. ergo pōt quis
cauere ut nunqđ peccet uenialit. si ergo hoc est
ipossibile qđ aliqđ diu uiuat in hac carne quin
mittat aliquod ueniale. uidetur qđ necessariū
sit ponere aliqđ ueniale peccatū nō esse uolun
tariū. **R**espondēdū qđ uolūtariū pōt dici aliqđ
triplex. aut uolūtate ppria. aut uolūtate alie
na. aut partim uolūtate aliena et partim uolun
tate ppria. et hunc triplicē modū dōi uolun
tariū triplex est dīa peccati. Peccm nāqđ origi
nale uolūtariū est s; nō uolūtate ei⁹ in quo ē
sed uolūtate ei⁹ a quo. s. ade. adā. n. uolūtaria
transgressionē corruptit se et totā posteritatē.
Uolūtariū aut uolūtate ppria est peccatus
actuale mortale. hoc qđem genere peccū nullus
peccat nisi cōsenties. Uolūtariū aut mediō mō
s. partim uolūtate ppria partim uolūtate
aliena est ueniale peccatū illud maxime qđ cō
surgit ex repugnātia carnis ad spūm. uel cor
ruptionis carnis p uitiū aīe. hoc inquā peccatū
qđ partim est a uolūtate aliena et partiz a vo
lūtate ppria. ideo quodāmodo ē aug. tenet
rōem pene quodāmodo rōem culpe. ppter
ea dicit aug. Quia homo noluit uitare peccatus
dū ualuit inflicti est ut nō possit dū uelit. vo
lūtariū inqđ dī per cōparationē ad uolūtatem
ade. qđ adam deliberatiue uoluit. unde et cor
ruptio subsecuta est ex qua oriuntur in nobis
moti inordinati qđ dicuntur ēē peccā uenialia. vo
lūtariū aut uolūtate ppria siue peccantis non
omne peccm ueniale simplr s; qđ illud. n. est
uolūtariū simplr quod est a uolūtate pream
bula et mouente. illud aut qđ oritur uolūtate
cōmitante et nō phibente uel pcauente dum
possit phibere uel pcauere dī uolūtariū quo
dāmodo siue interpretatiue. p eo qđ talis inor

dinatio uoluntati imputatur. et hoc mō saltez
omne peccm ueniale dī uolūtariū. qđ nemo pec
cat uenialit nisi cū h; uolūtatis usz. nemo etiā
uenialit peccat in eo qđ nullo mō pōt phibere
nec etiā potuit precauere. uenialia. n. peccā et si
oia non possint precaueri nec phiberi. nullus
tū est singulare peccm qđ non possit phiberi ut
quod non saltē potuerit pcaueri. s. n. aliqđ sit
stat⁹ in quo necesse est aliqū cadere in aliqđ
peccm determinatū. illū tū statū potuit qđ pre
cauere. et ideo si nō pcauerit uoluntati ei⁹ im
putatur qđuis tūc illud phibere non possit. cō
cedende sunt ergo rōes qđ oē peccatū actuale
est uolūtariū. nā mortale est uolūtariū sim
plr. ueniale aut uel est uolūtariū simplr sicut
illud quod fit ex deliberatōe ut mendaciū io
cosuz. uel ē qđ siue quodāmodo sicut illud quod
fit ex surreptōe sicut sunt primi moti. **A**d
illud ergo qđ primo obr in triū qđ singulis di
eb⁹ inuiti peccam⁹. vō qđ in glo. illa dī aliqđ in
uit⁹ peccare nō per priuatōez uolūtatis oīmo
dā s; per priuationē uolūtatis plene siue cō
placencie. et hoc qđē uex ē qđ frequenter inuiti
peccam⁹ et nobis displicet qđ sic iordinate mo
uemur. si tū bñ precauissem⁹ in hunc actū uel
illū nō incidissem⁹ s; nō sic possim⁹ precauere
qđ in aliqđ cadam⁹ sicut exēplū ponit i nautū
qđ pōt precauere et custodire ne aqua per aliqđ
foramē ingreditur. nō tū pōt facere qđ p nul
lū hēat ingressuz. **A**d illud qđ obr qđ qđaz
necessitate scā sunt improbāda. vō qđ aug.
loq̄tur de necessitate uenialit nō qđtū ad hoc
ueniale uel illud indeterminate s; generalit qđtū
ad peccā uenialia uel etiā qđtū ad aliqđ gen⁹ ue
nialis peccati sicut uidem⁹ in iuuenē et forti qđ
nūqđ pōt oīo uitare mot⁹ carnis s; possit hac
hora uel illa. uel hūc motū uel illū uitare. et qđ
nihil ipedit qđ sit necessitas qđā in uitiū et uolū
tas quodāmodo ī pticulari. ideo auctoritas illa nō
obuiat his qđ dicta sunt. **A**d illud qđ obr qđ
nōnullū uitiū ē cū caro occupat aduersus spū
vō qđ uex ē. s; qđ subiungit qđ necessariū ē cō
cupiscere. vō qđ uex ē de cupia loquendo ge
neralit. de cupia vō h⁹ uel ill⁹ hoc tpe uel illo
nō est uex. et qđ dicit aug. qđ occupat nolēs.
et apo⁹. Qđ nolo malū hoc ago nō priuat oī
mode uolūtate s; hoc priuat qđ uolūtas nō ē
ibi mouēs picipale. **A**d illud qđ obr qđ pri
mi moti sunt ex surreptōe et ex rebellōe. iam

patet ratio per ea que dicta sunt. uerum est. n. q. prohiberi uel precauere non pnt generalr ita q. nullus insurgat. quilibz tn per se precauere pot. unde r huius signu est quia nos non ponimus peccatu eē circa primos motus nutritiue sicut generatiue. actus enim nutritiue necessarius est ad salutē nutriti. non aut actus generatiue. s. r alia ratio possit assignari. q. nutritiua est corrupta tm. generatiua est corrupta r infecta. prima tn rō melius ualet. nam sicut uult aug. in primo de ci. dei. Si aliqua mulier corrumpatur uolenter si oio repugnat absq. oī culpa ē r tū a delectatōe oīo immunis n ē. aut eniz sic. Si illa occupabilis inobedia q adhuc in mēbris habitat ppter uolūtatis legē r lege sua mouetur r absq. culpa est in corpore non oī sentientis. Ex hoc patet q. si uenialia rōem culpe habent hoc est quia a uoluntate in particulari r diuisim uitari r precauere possunt. Ad illud quod obf. q. si potest uitari hoc r illud r sic de singulis. ergo omne. r q. hoc est duplex. ille potest uitare peccatu ueniale sicut hoc. ille potest uincere omnes hominē. aut q. potentia uitandi uel uincendi oīparatur ad obiectū diuinctim uel diuisim. si diuisim sic est ueritas. ille potest uitare uel precauere omne ueniale peccatu. q. nō ē dare aliquod qd nō possit uitari. Si aut diuinctim tunc falsa ē. est. n. sensus q. possit facere ut oīo sit absq. ueniali peccato. r hoc sensu dī q. nō possum oīa peccata uenialia uitare. unde ualet rō illa. possum uitare hoc r illud r illud. ergo oīa simul. imo est ibi si gura vi. siue ex diuersa suppone hui. q. dico uenialia. siue poti. q. pceditur a pluribus determinatis supponib. huius ubi pot ad unā si cut si argueretur. ille potest ferre hunc lapidē r illū r illū r sic usq. ad. x. ergo pot ferre hos decē lapides. r sicut si diceret. homo ē sortēs homo est plato. ergo homo ē sortēs r plato. pmissē sunt uere r conclusio falsa. r pceditur a plurib. supponib. determinatis ad unā. Suppositio aut determinata dī qn terminus non oīfunditur. s. debet reddere locutionē uerā p uno sicut ē cū dī. homo currit. sic r i pposito intelligendū ē. q. hoc vbi est ut accipitur respectu oīs uenialis diuinctim recipit oē ueniale tāq. obiectū. unde r dicit unā pfectā potētā excedentē r uincētē oīm impulsū ad ueniale peccatū. sicut si diceretur. ille potest uincere

decē homines uel ferre decem lapides. Et sic patet q. ille pcessus non tenet. quia non seruatur ibi lex illationis recte.

Secundo queritur utrum omne peccatū sit circa uolūtātē sicut circa subiectū pprum. Et q. sic uidetur. primo p Ansel. in li. de originali peccato. Nusq. nisi in uoluntate peccatū est. Item hoc ipm pbatur tali rōe. Mēbra r opera r quicqd nos sumus subiecit deus imperio uoluntatis. q. qd ergo faciunt totū iputandū est uoluntati. si ergo in eo est culpa cui imputatur. ergo omnis culpa est in uoluntate tanq. in subiecto pprio. Item in ea sola potentia est culpa in quā nata est esse iusticia. q. obiecta sunt nata fieri circa idē. s. iusticia est in uolūtate tanq. in subiecto. q. ut dicit Ansel. iusticia nihil aliud ē q. uoluntatis rectitudo. ergo in eadem potentia. s. in uoluntate est culpa tanq. in subiecto pprio. Item in ea sola potentia est culpa q. cogi non potest. nam nullus peccat nisi in eo a quo libere potest abstinere. sed sola potētia uoluntatis est que cogi non potest. ergo r.

Item in ea sola potentia est culpa que aliquando denominatur bona aliquando mala. sed nos non dicimur hēre intelligentiā uel memoriā malā sed solā uolūtātē malā. si ergo accūs denominat subiectū r culpa denominat uolūtātē solā. ergo culpa est in sola uolūtate tanq. in subiecto. Item in ea sola potentia est culpa tanq. in subiecto proprio ad cui actū oīparatur sicut ad causam pximā r immediatā sed nulla potentia anime est causa proxima r immediata culpe nisi sola potentia rōnalis. nam memorari malū uel intelligere malū nō ē culpa sed uelle malū culpa est. ergo r. Sed q. Nusq. peccatur nisi per oīsensum. sed oīensus non tantūmodo est uoluntatis sed etiam rōis. Si ergo culpa est oī illam potētā per cuius actū perpetratur. ergo non tm est oī uolūtātē sed etiam oī rōem. Item non tm peccatur affectione sed obliuione sicut dicitur **reu. vi.** **A**ue ne obliuiscaris dñi dei tui. r frequenter in scriptura eos reprehēdit dñs qui eius sunt obliu. si ergo obliuio est in memoria. uidetur q. non tm pccm sit in uolūtate sed etia in memoria. Item non solum peccatur delectatione uerā etia in cogitatione fm q. homo oīstetur quotidie. sed cogitatio est intellect.

nō affectus. ergo nō tñ in affectu vey etiā in intellectu habz esse peccatū. ¶ Itē nō tñ peccatur deliberatōe vey etiā suggestione fm q̄ vult grego. s; suggestio est in parte sensibili. ergo peccatū nō tñ est in parte rōali sed etiā in parte sensuali. ¶ Item peccatū est deformitas formalis loquendo. sed ostat q̄ oī peccō imago deformatur. nam quodl; peccatū q̄tū est de se expellit gratiaz que est reformativa imaginis. ergo si imago non tñ respicit uolūtate sed etiā alias potētias. videt q̄ peccm nō solū in uolūtate s; etiā i alijs potētis hz esse. ¶ Itē nullus amat nisi quod iudicat eē amandū. ergo ante amorē inordinatū precedit iudiciū inordinatū. si ergo primū iudiciū inordinatū non potuit esse pena quia pena non pcedit culpā. necesse ē q̄ fuerit culpa. ergo prius est peccatū in rōe q̄ in uolūtate. potius ergo uidetur q̄ subiectus peccati debeat assignari rō q̄ non. ¶ Ad predictōz intelligentiā est notandū q̄ peccatū de sua rōe duo dicit. vicit .n. deordinationē siue pruationē ordinis circa actū alicuius potentie. vicit nihilomin⁹ illā deordinationē ut dignā uituperatōe et punitione. Et quantū ad primū peccatū tenet rōem uitij aliquo mō corrūpentis. quantū ad secundū tenet rōem culpe et demeriti. ¶ Quā ergo opamus peccatū ad subiectū p̄prium. aut loquimur de ipso inquantū est culpa. aut loquimur de ipso inquantū est uitij. Si de ipso loquimur inquantū est culpa et demeritū sic p̄prie et precise respicit libez arbitriū. omni .n. libero ar. omissum ē regimē totius hominis. si aliqua deordinatio fiat in regno totius anime ipsi libero ar. imputatur. vnde r̄si omnia membra per que cōsummata est et omnes potentie in quibus aliqua deordinatio facta est traherentur in causā oīa quererentur de libero ar. cui subiecta sunt. et ei deus totum imputaret quicquid in eis mali gestū fuit. vnde si tollatur libez ar. nullo mō erit peccatū. et quia libertas arbitrij principaliter residet penes uolūtate sicut in precedentibus ostensum fuit. hinc est q̄ culpa sub rōne culpe in uolūtate tanq̄ in subiecto p̄prio dī esse. Si autē loquamur de culpa s; q̄ est uitij sic dupl̄r adhuc attingit cū peccm dicatur uitijz inquantū deordinat aliquem actū alicuius potentie s; q̄ deordinatio illa dupl̄r hz pparari. sic et peccatū ut est uitij. pparatur autē deordi-

natio illa ad actum alicuius potentie tanq̄ ad materiale circa quod et tanq̄ ad causale a quo Si ergo loquamur de illa deordinatione materialiter. sic dico q̄ non solū circa actū uoluntatis sed etiā circa actus aliarz potentiarz aie cōsistit. actus enim et memorie et intelligētie et aliarz potentiarz anime subiacentiū uoluntati deordinari hnt per diuersa peccata. Si autē loquimur de illa deordinatione causalit̄ sic omnis talis deordinatio est a uolūtate. Si autē queratū rō huius. vō q̄ huius rō est triplex. Prima q̄ penes uolūtates cōsistit regiminis dñi. Secūda q̄ in ipa reperitur rectitudinis principii. Tertia vō q̄ ad ipaz pertinz regiminis cōplementū. in ipa nanq̄ cōsistit regiminis dñum. pro eo q̄ ipsa alijs potētis imperat et a nulla imperatur. In ipa etiaz attenditur rectitudinis principii. amor enī principii est rectitudinis et obliquitatis sicut ostendit aug. vnde bonus amor est fundamentum ciuitatis dei. et malus amor est fundamentū ciuitatis diaboli. Et rō huius est. quia amor est radix omnī affectio nū et tante adherentie ut trāformet amantes in amatū. Penes ipam etiā cōsistit rectitudinis et regiminis cōplementū. qm̄ ipsius obiectū est bonū. bonū autē et finis est idē. et quia in directiōne ad finem cōsistit uoluntatis cōpletio. in obliuatione uero cōsistit bonitatis amissio hinc est q̄ ab ipsa uolūtate oritur omne peccatum. et p̄pterea aug. in li. de duabus aiabus diffiniens peccatū dicit q̄ peccatū est uolūtas assequēdi uel retinēdi quod iusticia uetat et a quo libez est abstinere. Per hoc autē q̄ dicit uoluntas assequēdi. describit peccatū s; q̄ est uitij et deordinatio que a uolūtate habet ortum. Per hoc autē q̄ dicit a quo libez est abstinere. notificat peccatū fm q̄ tenet rōnez culpe. quia nemo culpatur in eo quod uitare nō potest sicut ipse dicit ibidē. Sic ergo patet q̄ peccatū inquantū tenet rōnem culpe uolūtate respicit ut subiectū. inquantū etiā tenet rōnez uitij respicit ut principii et ut subiectū primū. h; aliquo modo respiciat actus aliarz potētiaz. vnde rōnes que ad primā partē inducuntur cōcedende sunt. ¶ Ad illud ergo quod primo obī q̄ non peccamus nisi cōsentiendo. vō q̄ r̄si cōsensus respiciat rōnem et uolūtate simul principaliter tamē et cōpletius uolūtate respicit quia in ea cōsumatur. quantūcūq̄ enim rō

deliberet nisi voluntas alterius preceptet nūq̃
 eligit nec consentit. et quod est ibi culpe et iniusti-
 tie hoc est rōne voluntatis adiuncte. ¶ Ad tria
 sequentia que subiungit q̃ peccatur obliuio e
 cogitatione et suggestione. patet rōtio ex his
 que dicta sunt. nam talia non sunt peccata nisi
 quia uolūtaria. vnde nūq̃ circa actū memorie
 culpa consistit nec etiā circa actū intelligentie nisi
 eis imisceat se voluntas uel antecēderet uel co-
 mitanter uel consequenter. Similiter autē nec
 suggestio si est omnino ab extrinseco ē culpa
 sed illa que est ab intrinseco quodāmodo uo-
 luntaria est siue quia a uoluntate ade habuit
 ortum siue quia a uoluntate peccantis nō pre-
 cauetur. ¶ Ad illud quod obī q̃ peccatū de-
 format totā imaginē. vō q̃ et si tota imago
 deformetur et uitietur. illa tamen sola defor-
 matio que est in uoluntate est illa que est ratio
 inculpandi. et ideo non sequitur q̃ culpa respi-
 ciat alias potentias anime sub rōe culpe q̃uis
 circa actus earum consistat corruptio uitiōsa.
 ¶ Ad illud quod obī q̃ omnē malā uolūtate
 precedit malū iudiciū. vō q̃ uex est quantū ad
 actū uoluntatis qui quidem est consensus plena-
 rius. attamen nūq̃ in creatura rōnali fm q̃ in-
 stituta fuit iudiciū erroneum interueniret nisi
 uoluntas se illi iudicio imisceret. nūq̃ enim
 adam presumpsisset uel de se presumptuose in-
 dicasset nisi amore uoluntatis nimis sibi adhe-
 sisset. vnde amor mirabilis peruertit iudiciū.
 lz ergo primus angelus siue adam quādo pec-
 cauit prius presumpsit q̃ ambauerit. illius
 tamen presumptionis peruersitas a uoluntate
 habuit ortum. et ambitionis zelus in uoluntate
 fuit cōsummatū. et ita peccatum respicit principa-
 liter uoluntatem. tamen quia in ipsa primo in-
 choatur etiam in ipsa cōsumatur. ideo recte dī
 subsecutū primū peccati. quia et primū ē exigē-
 tie. primū etiam cōplemento siue cōsumatione.
Tertio queritur utrum sicut peccare
 sic etiam puniri sit uolūtatis p̃prium.
 Et q̃ sic uidetur. Ansel. de originali
 peccato. Miratur inquit forte aliquis cur pro
 culpa uoluntatis membra puniuntur et sensus
 vnde non est ita. non enim puniuntur nisi uolun-
 tas. nam nihil est alicui pena nisi qd̃ tra uo-
 luntatem est. et nulla res respicit penas uel sen-
 tit nisi que uoluntate habet. membra autē et
 sensus per se nihil uolunt. sicut ergo uoluntas

in membris et sensibus operatur ita et ipsa ipsa
 aut torquetur aut delectatur. Ex hac auctori-
 tate habet que claudit in se rōtationē q̃ p̃-
 prium sit uoluntatis puniri. ¶ Itē aug. in li.
 lxxij. questionū. Uoluntas quippe punitur
 ipsa siue animi supplicio siue corporis ut que
 delectatur in peccatis ipsa plectatur in penis.
 ¶ Item rōne. Opposita sunt nata fieri circa
 idem. sed uoluntariū et inuoluntariū sunt oppo-
 sita. sed pena ē actio inuoluntaria et respicit uo-
 luntatem tāq̃ illud a quo est. sic uidetur q̃ cul-
 pa respiciat uoluntate tāq̃ illud circa quod ē
 ¶ Item culpa est meritū pene. sed meritū res-
 pectu premij et habet rōnem ordinis et habet
 rōnem dispositionis. si ergo dispositio et illud
 ad quod disponit sunt in eodem. et culpa ut in
 rōne culpe est potius respicit uoluntatem. er-
 go. ¶ Sed contra. Quattuor ut dicit Be-
 da inflicta sunt nobis pro peccato. s. ignoran-
 tia malicia infirmitas et culpāscientia. sed quod
 infligitur pro peccato est pena. ergo ignoran-
 tia est pena. sed constat q̃ ignorantia nō respi-
 cit uoluntatem. sed rōez. ergo. ¶ Item du-
 plex est pena in futuro. s. pena damni et pena
 sensus. sed pena damni que est in carentia ui-
 sionis dei non tm̃ respicit uoluntate imo mul-
 to magis respicit rōnem. pena uero sensus q̃
 est in crematione ignis multo magis respicit
 partē sensibile et iunctū q̃ respiciat uolunta-
 tem rōnalem cum sentire sit passio iuncti. er-
 go uidetur q̃ pena p̃cipaliter respiciat alias
 potentias anime q̃ uoluntate. ¶ Item si pe-
 na respicit uoluntate aut hoc est quia est fm
 uoluntate. aut quia est tra uoluntatem. Si q̃
 fm uoluntates. ergo nemo puniretur nisi qui
 uellet quod plane falsum est. Si quia tra uo-
 luntate. ergo cū uir iustus uoluntarie sustineat
 omnes penas et maxime xp̃us. nulli uiro iusto
 nec etiā xp̃o penalis esset aliqua passio quod
 manifeste falsum est. ¶ Item si pena respice-
 ret uoluntate tāq̃ subiectū p̃prium. ergo sicut
 nemo potest peccare nisi qui habet usum uo-
 luntatis. sic nemo posset puniri nisi qui uolun-
 tatis usum haberet. sed hoc plane falsum est.
 nam paruuli puniuntur pro peccatis parentū
 et multa etiam tormenta patiuntur non solum
 in habitu uerū etia in actu. ergo. ¶ R̃. vō
 q̃ pena rōne pene duo nominat. s. nocūmētū
 nature et instrumentū diuine iusticie. v. u. tāq̃

materiale. reliquū tanq̃ formale. vnde pena 7
est ultio 7 etiam est passio. cū ergo pena com
paratur ad aliquid hoc potest esse aut inquan
tum ultio. aut inquantum passio. Si inquantū
ultio sic proprie habet comparari ad ipsam
uoluntatem. vnde enim non ulciscitur se de ma
na uel pede uel aliqua potentia sensitua s; de
uoluntate deliberatiua. sed ulciscitur deus nō
solum affligendo ipsam in se sed etiam affli
gendo eam in ceteris membris corporis in q̃
bus ipsa cupiebat delectari. Si autem compa
retur pena ad aliquid inquantum est passio
sic dicendū est q̃ cum non quecunq; passio pe
na sit fm̃ completam rōnem pene sed passio
ledens passio affligens passio displicens. sic
adhuc pena fm̃ q̃ tenet plene rōnem pene. s.
pene que facit hominem recte miserū adhuc
respicit uoluntatem ratione sui completiui. ne
mo enim plene miser est sicut dicit Augustin⁹
ex hoc q̃ patitur solum sed ex hoc q̃ patitur
7 scit se pati 7 non uult se pati. fm̃ autem q̃
passio tenet semiplenam rationem pene prout
dicitur passio ledens uel affligens in eo in quo
non est nata esse quantum est de prima condi
tione nature. sic non tantum respicit uolunta
tem sed etiam omnes potentias anime 7 oia
membra corporis. non tamen respicit illa sine
uoluntate. quia in nullo potest esse pena nisi i
quo est rationalis uoluntas. vnde bruta quauis
patiantur non tamen puniuntur. Sic ergo pz
q̃ pena 7 inquantum est ultio 7 inquantum ē
passio plene tenens rationem pene directe re
spicit ipsam uoluntatem ita q̃ proprium est
ipsius uoluntatis puniri. Unde concedēde sūt
rationes que hoc ostēdunt. Inquantum tamē
est passio ledens uel affligens habet respicere
alias potentias 7 etiam corporis organa. Et
fm̃ hoc patet responsio ad rationes que ad
oppositum inducuntur. Ad illud enim qd̃
obicitur de ignorantia 7 de pena damni 7 sen
sus. patet responsio. nam etsi ignorantia di
cat priuationem alicuius boni quod respiciat
cognitiuam 7 similiter pena damni. 7 similiter
pena sensus priuationem dilectionis 7 quietis
partis sensitue. totum tamen hoc deus ordi
nat ad uindicandū 7 ulciscendū se de uolun
tate. ipsa enim est que directe aduersatur diui
ne iusticie dum perpetrat iniusticiam. et ideo

ordo diuine iusticie punientis directe respicit
illius deordinationis remotionem. ipsa enim
sola fuit que sibi se principium posuit 7 deum
derelinquendo contempsit dum peccauit. 7 ideo
debet per penarum multitudinem in seruitutē
dei redigi ut que dehonoraui deū uoluntate
contemnendo honoret ipsū inuoluntarie sup
plicia patiēdo. Ad illud quod obicitur q̃
in uiris iustis 7 in xp̃o non fuit pena inuolun
taria. dicendū q̃ ibi non tenet pena rationem
ulcionis nisi relata ad uoluntatem ade pecca
tricem respectu cuius uoluntaria omnis pena
ē inuoluntaria q̃ uoluntas peccatrix querit ob
lectationem 7 querēdo oblectationem refu
git passionem. Ad illud quod obicitur de
paruulo qui patitur penas responderi potest
sicut ad hoc.

In parte ista sunt questionēs circa
literam. Et primo queritur de hoc
quod dicit q̃ fides intentionem diri
git. Multi enim habentes fidem habent ma
las intentiones. ergo uidetur q̃ intentionis di
rectio a fide non habeat esse. Si tu dicas q̃
loquitur de fide que per dilectionem operatur
utpote de fide formata. tunc potius uidetur
q̃ directio intētionis debuit attribui charitati
non fidei. Item queritur iuxta hoc cum di
rectio intētionis aliquo modo attribuitur fidei
aliquo modo charitati quare similiter non at
tribuitur spei. cum et ipsa sit uirtus theologi
ca respiciens fidem sicut fides 7 charitas. R.
dicendū q̃ cum intentio duo respiciat. s.
oculum intellectus 7 pedem affectus duplici in
diget directio quorum unum respiciat aspe
ctum 7 hoc est fides. alterum uero affectum. 7
hoc est charitas. Et ideo dicit Bernardus q̃
ad simplicitatem oculi concurret charitas 7 ue
ritas. Quando ergo magister dicit q̃ fides
dirigit intentionem non de quacunq; fide in
telligitur sed de fide operante per dilectionem
sicut obiectum est. magis tamen attribuit di
rectionem fidei q̃ charitati. q̃a dirigere in uia
potius est luminis illustrantis q̃ uirtutis adiu
uantis. licet utrunq; sit necessarium ad hoc q̃
homo recte ambulet q̃ lumen uideat 7 q̃ pe
dem rectum habeat. Propter defectus primi
non recte incedit cecus. 7 propter defectum se
cundi non recte incedit claudus. Ad illud

quod queritur de spe. **¶** *ad q. spei pprie loquendo n̄ est dirigere sed erigere. quia spes spectat per modum futuri. unde quasi dat quandā securitatem ne in via deficiat. fides autē et charitas p̄ntia liter potentias in quibus sunt in operibus dirigunt. quia una illuminat et altera inflāmat. et ideo una dirigit respectu veritatis. altera v̄o respectu bonitatis. quantum ad que duo sufficienter attenditur rectificatio anime in suis opibus. et ideo non oportet q. spei non attribuat directio sed solū erectio s̄ illa erectio quodāmodo dici possit directio. ¶* *Itē queritur de hoc quod dicit. Dis uita infidelium peccatū est. ¶* *Infideles habēt opera uirtutum politicarū. sed v̄tutes politice non sunt habitus mali s̄ boni. qz non sunt uirtus sed dei dona. ergo uidetur q. opera illarū uirtutū non sunt peccatū. ¶* *Itē infidelis homo potest dare elemosinā ut deus manifestet sibi uia ueritatis. et in hoc disponit se ut deus det ei habitū fidei. sed in hoc q. homo ad grām se disponit non peccat. ergo nō uidetur q. omnis uita infidelium sit culpa siue actio omnis. ¶* *Oppositū autē huius est. quia arbor mala non potest fructus bonos facere. ergo si infideles malam uoluntatē habent et in directā intentionē et carent fide et charitate. ergo uidetur q. omnia q. faciunt male faciunt. et nihil bene. ¶* *Ad q. infideles non peccat in omni sua actione. nam quando eorū actio n̄ repugnat fidei nec bonis moribus non ē ratio aliqua quare in ea debeat esse peccatū. ¶* *Ad q. ergo dicitur in lra q. omnis uita infidelium. v̄o non dicitur ppter hoc q. omnis actio quaz faciunt in tota uita sua sit culpabilis et demeritoria. sed hoc ideo dicitur quia per nullā actōez quam agunt liberantur a culpa q̄d in infidelitate persistunt. et ideo sensus est. omnis uita infidelium est peccatū. i. non sine peccato. Similiter intelligenda est sequens auctoritas et alie similes cū dicitur q. ubi deest agnitio ueritatis falsa est uirtus. non quia illa uirtus sit uirtus sed quia defuit a uere uirtutis perfectione. qz uirtus uera dicitur quia ueraciter perducit ad uitā. ¶* *Ad illud ergo quod ob̄ q. arbor mala non potest fructus bonos facere. intelligenda est locutio per se. i. si operetur uoluntas mala inquantū mala. s. mala intentione. si autē nō per se intelligatur non est sei mo uerus nisi in*

telligatur de bono perfecto quod quidem est bonū meritorium. sed tunc non sequitur. nō facit fructū bonū. ergo facit fructū malū. quia inter tale bonū et malū est medium sicut supra fuit ostensū. ¶

Itē queritur de hoc quod dicit q. peccata que a nescientibus uel coactis perpetrantur nō omnino possunt sine uoluntate omitti. ¶ *Uideri enim falsum dicere. Primum qz uoluntariū pre-supponit cognitiōem sicut uult philosophus. ergo quod fit per nescientiā uel ignorantia est simpliciter uoluntariū. ergo omittitur sine uoluntate. ¶*

Itē coactio inducit uolentiā. sed uolentia excludit uolentiā. ergo quod fit a coactio non est uoluntariū. ¶ *Queritur ergo qualiter aug. intelligit cū dicit q. que sunt per coactionē et ignorantia nō sunt preter uolentiā. ¶* *Ad q. nouē sunt gradus uoluntarij s̄m quos peccata dñr uoluntarie fieri s̄m plus et minus. Primo enī et principaliter dicitur uoluntariū quod ē a uoluntate nullo inclinante nec exteriori nec interiori. sic fuit peccatū luciferi uoluntariū. ¶*

Secundo modo uoluntariū dicitur quod est a uoluntate aliquo suggerente exteriori sed nullo inclinante interiori. et sic fuit peccatū primi hominis uoluntariū. ¶

Tercio modo dicitur uoluntariū quod ē a uoluntate aliquo tamen inclinante exteriori et interiori. et sic est peccatū mortale quod aliquis perpetrat ex deliberatione et intentione post lapsum nature. ¶

Quarto modo aliquid est uoluntariū quod est a uoluntate non mouente ad idem directe. mouente tamen ad impossibile sicut est peccatū omissionis quo omittit ad matutinū surgere quia uoluntarie se inebriauit. ¶

Quinto modo aliquid est uoluntariū quod est a uoluntate non mouente ad illud di-directe nec appetente sed aliquid resurgente sicut est peccatū quod homo facit mortis timore. ¶

Sexto modo aliquid est uoluntariū quod est a uoluntate non plene id quod agit cognoscente. et sic peccatū ex ignorantia dñr uoluntariū. ¶

Septimo modo dicitur aliquid uoluntariū quia consequitur ad aliquid quod uoluntate factū est ab illo eodem a quo idem fit. Et sic peccata que consequuntur ebrietatē inquantum homo se sciēter induxit dicitur uoluntaria. ¶

Octavo modo dicitur aliquid uoluntariū quia est ab aliquo potente prohibere et non prohibere. et sic peccatū ueniale quod est primus motus

dictur esse uoluntariū. **N**ono modo dicitur uoluntariū aliquid quod introductū est a uoluntate aliena sicut a causa prima. et sic peccatū originale dī uoluntariū. In oībus istis modis p̄dictis aliquo mō saluatur ratio uoluntarij. p̄prie tñ i principalī in duob⁹ modis primis. et p̄pterea dicit aug. q̄ illud quod dixerat. s. oē peccatū uoluntariū de peccato ptimi parentis eē intelligendū. nō q̄ illud solū sit uoluntariū s; q̄ illud inter cetera mere est uoluntariū. alia. n. aliquo mō uoluntaria sunt l; non ita plene sicut illud qd sit per nesciētiā. **A**d illud vō quod obi q̄ tā coactio q̄ ignorantia excludit rōnē uoluntarij. vō q̄ uex est vbi est oīmoda ignorantia i coactio sufficiēs. s; uolūtas nūq̄ cogit coactione sufficiēti. iō coactio nūq̄ tollit rōē uolūtarij. ignorantia vō aliqñ ē p oīmodā priuationē discretōis. i tunc tollit simplī rōē uolūtarij. aliqñ vō dicit priuatōē alic⁹ cognitionis determinate utpote priuationē alic⁹ circumstantie remanente nihilomin⁹ cognitiōe actus i alijs circumstantijs sicut ē de illo qui fornicatur nesciens fornicatōē esse peccatū mortale sciens tñ se cognoscere nō suā. i tūc minuit non tollit rōē uolūtarij. Et sic loq̄tur mag⁹ in lra. Et p hoc patet illa duo obiecta.

Distinctio. xlii.

Quā aut uoluntas mala i opatio **S**upra oīdit mag⁹ qualī peccatū ortus habeat a uoluntate in generali. In hac vō pte descendit mag⁹ ad dīas peccati. Diuiditur aut pars ista i ptes duas. In quaz prima descendit mag⁹ ad dīas peccati cōes. In secūda descendit ad unū peccatū speciale qd est inter cetera peccatorū genera magis graue i abhōiabile. ibi **E**st preterea unū genus peccati. **P**ars prima q̄ spectat ad pntēz oī. tres h; ptes. qm dīa peccati ad peccatū pōt attēdi triplī. aut quātū ad actū aut quātū ad reatū. aut quātū ad peccandi modū. In prima ergo inq̄rit mag⁹ dīas inter peccā op̄is i uoluntatis. In secūda inq̄rit dīam a pte reat⁹ q̄ est inter genus peccati originalis i actualis. uenialis i mortalis. ibi **D**odi autē peccatoz. **P**rima pars diuiditur in duas. In quaruz prima mag⁹ mouet qōnē i determinat p̄ duplicē opinionē. In secūda vō rīdet obiecti onibus que impugnare uidentur opinionē magis p̄babilē. ibi **Q**uibus alij rīdent hec duo

diuersa. **S**ecunda pars in qua inq̄rit dīas peccatoz quātū ad reatū duas h; **I**n prima inq̄rit qualī reatus possit manere pccō abeunte in q̄ accipit dīa actualis peccati i originalis. q̄ actuale transit actu i remanet reatu. originale autē ecōuerso. In secūda vō q̄ reat⁹ multiplī accipitur i scriptura. s. p obligatione pene eterne i pene tp̄alis. ex quo accipitur dīferentia mortalis peccati i uenialis. ibi **R**eat⁹ aut in scriptura multiplī accipitur. Similī tertia ps duas h; partes. In quarū prima tangit mag⁹ qnq; modos diuidendi peccata i uictos in scriptura. In secūda vō dubitatōēz q̄ ortū habet ex vna illaz diuisionū. ibi **E**x superbia tñ omnia mala oriūtur.

In intelligentiā autē huius partis f̄ tria q̄ hic determinātur icidit hic qd circa tria. **P**rimo ē hic questio de p̄paratōe peccati op̄is ad peccatū uoluntatis. **S**ecundo de p̄paratōe peccati uenialis i peccati mortalis. **T**ertio icidit hic questio circa modos diuidendi peccā **C**irca primū q̄rūtur duo. **P**rimo queritur utrū peccatū uoluntatis i operis sint duo peccata uel unū. **S**ecundo utz unū addat ad alterū.

Circa primū sic p̄ceditur i q̄ritur utz uoluntatis i op̄is sint duo peccata uel unū. **E**t q̄ sint plura uidetur. **S**up illud ro. i. Repletos homicidijs. glo. **P**luralī diē homicidijs. q̄ aliud ē homicidiū uolūtatis i aliud op̄is. **S**i sic est in homicidio. ergo pari rōē i in alijs peccatis. **I**tē multiplicato inferiori multiplicatur superior. sed fornicatio exterior peccatū est sp̄ale s; uoluntas fornicandi est aliud q̄ ip̄e act⁹ fornicatiōis. ergo si ista sunt diuersa i sunt peccata formalī loquēdo. ergo sunt diuersa peccata. **I**tē multiplicato subiecto multiplicatur acc̄is quod cōsistit per illud subiectum. sed deformitas p̄paratur ad actionē tanq̄ acc̄is ad subiectū. ergo vbi sunt multe actiones deformes ibi multe deformitates. i ubi multe deformitates ibi multa peccata. i actio interior i exterior sunt diuerse ergo sunt in eis diuerse deformitates. ergo i diuersa peccata. **I**tē multiplicato uno opposito multiplicatur i reliquū. q̄ tñ unum vni opponitur. s; peccatū repugnat precepto. cuz ergo aliud sit preceptū quo p̄hibetur act⁹ interior. i aliud quo p̄hibetur act⁹ exterior. q̄a